



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Reiffenstuel, Anaklet

Monachii, 1699

II. De Peculio Filijfamilias, nec non & Bonis Uxoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40206

QUÆSTIO II.

De Peculio Filijfamilias, nec non & Bonis Uxor.

9. **P**eculium, ut habetur I. Deposit. ff. de Peculio, dictum est, Peculium, quasi pusilla pecunia, sive patrimonium pusillum. Et quantum unde sic di- attinet ad primam partem Quæstionis, Peculium Filijfa- milias communiter quadruplex assignatur, videlicet castrense, quasi castrense, profectum, & adventitium.

10. **P**eculium castrense dicitur illud, quod Filiusfamilias aequi- Peculium tate in castris non acquisiturus aliunde: & hujusmodi bona, quæ Filijfamilias ipse acquirit, dum militat in castris, dicuntur *Bona castrensa*.

11. **P**eculium quasi castrense est, quod Filijfamilias, qui sunt Quasi ca- Magistri artium liberalium, Medici, Clerici, vel Advocati, de pub- lico acquirunt: & si quis Filiusfamilias habeat talia bona, dici- turi habere *Bona quasi castrensa*, seu *Peculium quasi castrense*. Porro bona hujusmodi sive *castrensa*, sive *quasi castrensa*, pleno jure, tam quoad proprietatem, quam quoad usumfructum semper ad filios pertinebant, & adhuc pertinent; prout fatentur Juristi, & Theologi unanimiter.

12. **P**eculium profectum dicitur, quod de rebus paternis pro- Profectu' fisciscitur, & filius in ipsis negotiando lucrat. Et hoc totum, tium, & tam quoad proprietatem, quam quoad usumfructum, patri ac- quiritur; ut habet communis Doctorum.

13. Tandem **P**eculium adventitium dicitur omne illud, quod Adventi- Filijfamilias advenit ex alia causa, quam ex enumeratis; utputa sum, quid? quod advenit seu acquiritur ipsis per testamentum ab avo, vel avia, vel aliquo alio factum, aut ex prospera fortuna, vel hujus- modi. Et horum bonorum adventitorum usumfructum habet pater, quamdiu filius est sub sua potestate: dominum autem eo- rum remanet filio. Et per hoc patet ad primam partem Quæ- stionis de Peculio, sive Dominio filiorumfamilias.

14. Quantum attinet ad alteram Quæstionis partem, seu ad *Bona dotem*, est notandum, alia esse *Bona Uxor*is dotalia, alia ita, & para- paraphernalia. *Bona dotalia* aliud non sunt, quam dos, quæ ab *Uxor*is, qua- uxore, vel ab alio ejus nomine, datur marito ad onera Matrimo- nii sustinenda, nimirum ad alendam *Uxor*em, liberos, familiam &c. Hæc enim cura præcipue incumbit marito. *Bona paraphernalia* *Uxor*is econtrà dicuntur res illæ, quas *Uxor* præter dotem, quam

marito pro oneribus Matrimonij dedit, simul attulit, sibique re-servavit. Hoc prænotato, sit

Dotis pro-prietas ma-xet penes uxorem.

15. CONCL. I. Quamvis uxori remaneat proprietas dotis marito allata (excepto uno, vel altero casu) nihilominus plena bonorum dotalium administratio, & ususfructus ad maritum attinet; idque tum ad alendam uxorem atque familiam, utpote quæ cura specialiter incumbit marito, tum ad alia onera Matrimonij subeunda. Ita communis, estque clarè decisum l. 2. & l. *Dotis fructus. ff. de Jure dotum*, cum concordantijs. Imò dotis proprietas ita remanet penes uxorem, ut pro ea sint ipsi tacite hypothecata omnia bona mariti, donec sibi dos restituatur, *text. clar. l. In rebus. C. de Jure dotum*. Quare soluto Matrimonio permotem viri, præfertur uxor in repetenda dote omnibus alijs personabus creditoribus, etiam tempore prioribus, & hypothecam habentibus. Quin etiam durante Matrimonio, si maritus ad inopiam vergit, ita ut periculum sit, ne dotem aggrediatur & absunt, fas est uxori eam repeteret, *arg. cit. l. In rebus. C. eod. & amplius declarat Layman l. 3. tratt. 4. cap. 13. num. 7.*

Excepto uno. vel altero casu.

16. Dicitur notanter in Conclusione, excepto uno, vel altero casu: nam duo præcipue dantur casus, in quibus Dominium dotis plenè ad maritum transit, sed cum obligatione tantundem soluto Matrimonio restituendi. Primus est, si dos constitut in numerata pecunia, vel alijs rebus usu consumptibilibus, *arg. l. Res in dotem. ff. de Jure dotum*. Secundus est, si res dotales usu non consumptibles, utpucà fundus, domus &c. æstimata dentur, non quidem eo solo animo, ut sciatur earum valor, si forte deperditæ vel diminutæ fuerint culpâ mariti, sed ita estimatae, ut æstimatione faciat venditionem & emptionem: nam tunc maritus acquirit Dominium ipsarum & summa pecuniarum taxata velut pretij debitor efficitur, ac (nisi secundum convenitum fuerit) soluto Matrimonio potest retinere rem, & offerre pecuniam taxatam, *text. clar. l. Quoties. C. de Jure dotum*. Est autem inter dotem, quæ transit in Dominium mariti, & quæ non transit, hoc notabile discriminem, quod in casu, quo dos transit in Dominium mariti, rerum dotalium periculum ad maritum spectet, *arg. cit. l. Res in dotem. ff. eod.* quod alioquin ad uxorem, tanquam dominam earum rerum, pertineret: quia quilibet res domino suo stat aut cadit, melioratur vel perit. Verum de dose plura Jurisperisti.

17. CONCL.

17. CONCL. II. Quantum est de Jure Cæsareo, uxor in Bona Quid de
paraphernalia non solum proprietatem, sed etiam plenum do- Bonis para-
minium atque administrationem habet, ita ut maritus eam nolen- phernalibus
te nequaquam hujusmodi bonis se se immiscere possit; quam- uxoris?
vis bonum atque consultum sit mulieri, quæ seipsum committit
marito, res etiam suas pari arbitrio gubernari. Ita habetur ex-
pressè in Jure Civili 1. Hac lege. C. de Partis conventis, estque com-
muns. Additur tamen, quantum est de Jure Cæsareo: quia in aliqui-
bus locis, præsertim extra Romanum Imperium existentibus,
servantur aliae Leges, non verò Jus commune Cæsareum;
prout nominatim de Belgio testatur Herinckx disp. 1. de Contracti-
bus, num. 55.

18. Ex dictis infertur, virum graviter peccare, consumendo, Corollaria.
ac dilapidando Bona paraphernalia uxoris sine ejus licentia; ut-
pote cum rem alienam absuimat. Quinimò etiamsi marito com-
mittatur Bonorum paraphernalium administratio, adhuc tamen
is gravem admittit iniustitiam, si prædicta Bona in potationes,
Venerem, aliasque prodigas aut turpes alienationes expendit.
Gobat tract. 5. Quinarij cap. 24. num. 4. & seq.

19. Infertur ulterius, etiam uxorem graviter peccare, & Quomodo
quidem mortaliter, si summam notabilem ex bonis mariti, vel peccet uxor,
quorum administratio ad ipsum pertinet, eo rationabiliter invito, accipiens ex
accipiat: quia accipit illud, cuius dominium, vel certè admini- bonis ma-
stratio ad ipsam non pertinet, sed ad maritum, qui exinde tenetur
providere familiæ. Additur notanter, summam notabilem: quia
non peccat mortiferè, si quantitas judicio prudentis, spectato
statu, opibus, aliisque circumstantijs non sit notabilis; imò in hu-
jusmodi furtis major ad peccatum mortale requiritur quantitas, (c) Tract.
quam in alijs. Verùm de hoc, & quando uxor peccet, vel non peccet, surripiendo ex bonis communibus, plura inferius (c) 9. Dist. 5.
agendo de Furto. n. 28. & seqq.

Q U A E S T I O III.

De Bonis, & Dominio Clericorum Beneficia- riorum.

20. **C**elebris est hæc Quæstio, tractans de Dominio Clerico- Bona Cleri-
rum Beneficiariorum; id est, eorum, qui habent Be- corum qua-
neficium Ecclesiasticum, sive curatum, sive non cura- druplicia,
tum. nemp